

plura aut quotquot opus foret publicum vel publica conficerem instrumentum vel instrumenta. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco et pontificatu, omnibus quibus supra presentibus, discretis viris Andrea Czepil de Grudericz, clerico Colmensis diocesis, Andrea Bernbroch Nuenburgensis diocesis, Allexio Pergamenitoris de Swidnicz Wratislaviensis diocesis, Nicolao Gruber de Slenwicz Nuenburgensis diocesis testibus ad 5 premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Franciscus Aldenborg de Mitteweidis, clericus Misnensis diocesis, publicus imperiale auctoritate notarius, quia dictarum litterarum apostolicarum exhibicioni, presentacioni ac petitioni, recepcioni, requisicioni, transumpti fiendi commissioni, iussioni et mandato inhibicionis, decreti interposicioni omnibusque aliis et singulis, dum sic, ut premittitur, coram dicto domino preposito agerentur et 10 fierent, una cum prenomatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui et habita per me diligenti ac fideli relacione et auscultacione cum litteris originalibus apostolicis, quas cum presenti transsumpto per omnia vidi et audiui concordare, ideoque presens publicum instrumentum me impedito aliis negociis per alium fideliter conscriptum de mandato domini prepositi antedicti propria manu subscribendo exinde confeci 15 et in hanc publicam formam redegei signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli prenominati domini prepositi consignavi rogatus et requisitus in testimonium singulorum premissorum.

3.

Sequitur transsumptum bulle papalis super prebendam in Merseburg. 20

Notariatsinstrument über die Transsumierung einer Bulle, durch die Papst Martin V. der Universität zwei neue Präbenden im Stift Merseburg verleiht.

Leipzig, 1421 April 28.

In nomine domini Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo vicesimo primo, indictione quartadecima, mensis Aprilis die vicesima octava, in estuario inferiori prepositure monasterii sancti Thome apostoli canonicorum regularium in Lipczk 25 Merseburgensis dyocesis hora vesperorum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno quarto in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia personaliter constituti venerabiles et circumspecti viri domini et magistri Nicolaus de Ligenicz, rector universitatis studii Lipczensis, Burchardus de Balingen, Laurencius de Heilsberg, Hermannus Schipman, sacre 30 theologie professores, et Iacobus Radewicz, decretorum doctor, de quatuor nacionibus eidem domino rectori per universitatem studii predicti condeputati et in eodem studio actu regentes, qui quidem dominus rector predictus suo et dicte universitatis ac prenominatorum quatuor magistrorum et doctorum sibi, ut premittitur, condeputatorum nominibus quasdam litteras apostolicas sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini divina pro- 35 videncia pape quinti eius vera bulla plumbea in zona sericea pendente more Romane curie bullatas sanas et integras, omni prorsus vicio et suspicione carentes per eundem sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Martinum divina providencia papam